



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Hieronymi Dandini Cæsenatis E Societate Iesv De Corpore
Animato Lib. VII.**

Dandini, Girolamo

Parisiis, 1611

De facultate vegetante, cap. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95641)

Operationes tamen facultatibus priores sunt, si utramque, perfectio consideretur; cum operationes veluti finis, & perfectio sit facultatum; tamen secus Themistius. Operationes igitur sunt facultatibus priores cognitione, tamen secundum nos, quam secundum naturam. Secundum nos quidem; quia ex illis tanquam posterioribus, & effectibus in facultatum cognitionem ducimur. Secundum naturam autem; quia facultates per operationes & actus earum definiuntur. Neque sine operationibus intelligi possunt: operationes vero sine facultatibus intelliguntur, si sensationem dicant esse obiecti sensilis cognitionem, nutritionemve alimenti in viventis substantiam commutationem: sensum autem asseram facultatem esse, quae sensibile obiectum percipitur, nutrimentum facultatem eam esse, quae alimentum in viventis substantiam mutatur. Denique intentione quoque naturae operationes facultatibus priores sunt. Natura enim operationes per se intendit, & propter illas produxit facultates, ut per eas circa obiecta operaretur.

A cum sensione: & quatenus aspectabilis, aspectu aspectabilis esse definitur: quatenus tamen color & qualitas quaequam prior est, nec per aspectum definitur. Et in ijs etiam, quae sunt ad aliquid, id quod rationem habet causae, effectum suum antecedit: & homo, qui est pater, prior est filio; tamen quatenus pater & filius, sunt simul.

Et Aristoteles ipsemet non omnibus relatis convenire dixit, esse simul natura. Sed & scibile demonstravit prius esse scientia; quod & multa praexistant scibilia, quorum scientia post sensum acquiritur. Et percunte scientia non perit scibile: sublatoque animali scibilia multa supersunt, Elementa, Caeli, & entia reliqua. Immo circuli quadratio scibilis est, necdum tamen eius scientia inventa. Et sensibile item prius est sensu; quod & sublato sensu non tollitur sensibile, sensusque tunc primum existit, cum animal nascitur, ante animal vero sunt elementa sensibilia, quibus animal constat. Materia etiam & forma sunt ad aliquid, textu vigesimo sexto, libri secundi Physic. materia tamen prior est forma.

Itaque relata esse simul natura, de relatis, quae secundum esse dicuntur, intelligendum est. Haec enim cum totam suam naturam hauriant ex termino, nec aliud significant, quam respectum ad illum, nequeunt esse nisi ille sit, & ideo simul cum eo, & sunt, & non sunt. At genus illud alterum Relatorum, quae secundum dici vocantur, qualia sunt ea, quae cum memoravi, ut absolutam entitatem & naturam significant seipsa ordinatam ad aliud, sic priora esse possunt. Ideo nihil mirum, si hoc loco sensibilia obiecta, & opposita esse relatorum more dicantur, & tamen operationibus, ad quas referuntur, priora. Hinc etiam est, ut sine illis cognosci ac definiti possint, dum illorum absoluta natura, non respectus ad correlatum, consideratur.

Omnino quatuor reperies entium genera: Quaedam sunt absoluta, & per se subsistunt, ut integre substantiae. Alia sunt quidem absoluta, sed inhaerent alteri, ut accidentia pleraque. Alia nil aliud, quam ordinem ad aliud, significant, ut relationes secundum esse. Alia demum absolutam quidem naturam habent, sed ordinatam ad aliud, ut relata secundum dici. Primum genus entium per ea tantum definitur, quae naturam eius in eadem categoria constituent. Alterum additione subiecti, in quo sustentantur. Tertium per terminum, ad quem referuntur. Postremum si absolute consideretur, absolute definiti potest; si ut significat ordinem, definitur per illud, ad quod ordo terminatur. Huius postremi generis facultatum obiecta sunt.

Denique quod ea dixit operationibus esse notiora, monent Themistius & Philoponus, in alimento & sensibili verum esse; non item in intellectu: immo intelligere notius esse, quam

pp ij

Quatuor entium genera.

Quatuor definitio modo.

Obiecta operationibus priora.

Obiecta opposita.

Obiecta formaliter.

892

... & pro...
... o ordi...
... im igne...
... siderati...
... onem no...
... tem & d...
... intelligit...
... quid de...
... ricas de...
... tem ipse...
... cimo hui...
... istam acc...
... dicitur...
... sument...
... est de ob...
... ue uae...
... quod na...
... dicitur...
... eche hui...
... ellectu...
... le inop...
... tum per...
... que d...
... abilitate...
... quid de...
... dum quo...
... ue uae...
... huius h...
... que uae...
... centum...
... e...
... onem po...
... an p...
... an de...
... p...
... nobis...
... huius...
... illis...
... que...
... motu...
... quam...
... de op...
... nobis...
... The...
... & in...
... alexan...
... im r...
... idem...
... centum...
... tamen...
... ur fact...
... im per...
... es qu...
... nt...
... ff; per...
... comp...
... la pro...
... perat...

Intelli-
gere an
notius
intelle-
ctum.

intellectibile obiectum. Et ideo antequam de al-
trice ac sentiente facultate agat, eum agere de
alimento & sensibili: at non prius de intellectu-
abili, quam de intellectu. Nunc tamen vniuersè solum
loquendo generalem illam propositionem posuif-
se, ne doctrinam & ordinem turbaret, illud interpo-
nendo, quod intellectus & intellectibilis obiecti
speciale est.

Verùm hoc quoque in ea animæ parte quo-
quo modo obseruatum fuisse in tertio libro vi-
debitur; Estque leuis coniectura, quæ adfertur;
ne ordinem turbaret. Poterat intellectibile cum
cæteris non nominare, si non eadem illius esset
conditio. Sanè illud prius se offert intellectui
nostro; actusque reclusus reflexus antecedit; ne-
que intellectum suam nisi repleto actu intel-
ligit post rectam propositi intellectibilis obiecti in-
tellectionem. Sed ad alia facilius progreditur,
quàm in seipsum se conuertat: neque omnino
sine intellectu intellectum suam intelligit,
quoniam alicuius obiecti intellectio sit oportet.
Quod in eodem rerum genere accipias. Alioqui
primorum & separabilium intellectum antecedit
intellectio intellectus materialium rerum
& corporatarum. At in eodem consistas
genere, intellectibile siue materiale, siue abstra-
ctum, intellectum sui antecedit: estque vni-
uersè verum, operationes priores esse & notio-
res facultatibus, & obiecta rursum operatio-
nibus.

DIGRESSIO XV.

De facultatum ex operationibus & obiectis distinctione.

Facul-
tates o-
peratio-
nibus, et
obiectis
distin-
guntur.

HOc loco grauis est inter interpretes disputa-
tio de facultatum ex operationibus, atque
operationum ex obiectis distinctione. Nam etsi fa-
cultates per operationes, hæque per obiecta tan-
quam notiora cognosci possint: quoniam tamen
hæc sunt extrinsecæ, nequaquam videntur posse
intrinsecè constituere, ac distinguere, aut operatio-
nes, aut facultates.

1. opinio.

Propterea complures non ignobiles Philoso-
phi eam habuerunt sententiam; vt & facultates
per operationes, & has per obiecta extrinsecè
proffus distingui existimarent: intrinsecè autem
seipsis, & constitui, & distingui. Quia sunt qua-
litates quæpiam & absoluta entia, quæ non per
ordinem ad aliud, sed seipsis vim & naturam
suam habeant. Sed certè cum Aristoteles affir-
mauit, intelligi non posse quid sit facultas, nisi
quid sit operatio intelligatur; essentialem proffus
coniunctionem & intrinsecam facultatum ex
operationibus constitutionem ostendit.

Consi-
deratio.

2. opinio
auctoris.

Principio igitur ponatur id, cuius perfacilis
esset probatio; Non esse in hac re sermonem
de distinctione numerica facultatum, quæ ex
subiecto potius querenda est, vt cuiuslibet ac-

cidentis numerica vnitas. Ergo essentiali gene-
ris, aut speciei distinctione, dum facultates ope-
rationibus, & operationes obiectis distingui in-
firmantur; id nequaquam formaliter intelligen-
dum est; quasi operationes aut obiecta velle
differentias essentialis esse, quæ facultates aut
operationes constituent. Neque enim quatuor
simplices essent; sed coniunctum quippiam
ex accidenti: atque operationes extrinsecè sunt
facultatibus, & operationibus item obiecta. Ne-
que etiam intelligere oportet distingui solum per
causas extrinsecas efficientem aut finalem. Quo-
niam nulla superesset difficultas; conuenientibus
omnibus facultatem esse suarum operatio-
num effectricem causam, & operationes atque
obiecta facultatum finem.

Sic igitur sentiendum. Facultates animæ, etsi
facultates sunt, intrinsecè tamen constitui & dis-
tingui per ordinem ad operationem & obiectum;
nec sine illo intelligi vilo modo possunt:
sed ex ordine ad alias atque alias operationes
circa alia atque alia obiecta singulas facultates
naturam suam deriuare. Ita verè affirmatum ve-
rum relatum esse de essentia alterius, atque per
ordinem ad suum correlatum, & constitutum, ut
distingui. Non quòd terminus correlatus sit ad
illius essentia; sed quòd ordo ad illum sit illi
quo intrinsecè & constituitur & distinguitur.
Eodem enim intellectu pronuntiamus anime fa-
cultates essentialiter constitui & distingui, non
per operationes ipsas & obiecta; sed per ordinem
tamen ad operationes proximè, tum ad obiecta
remotè. Quare cum vnum relatum sit ad
altero non cognoscatur; primùmque cognos-
cenda sit illius relati natura, quod materiam
consideratum prius est altero correlato; hæc
negauit Philosophus facultatum naturam posse
cognosci, nisi antea operationum & obiectorum,
quæ facultatibus priora sunt, natura cognos-
ceatur.

D

Iam verò is ordo, quem significare dicimus
facultatem ad operationem & obiectum, non
est certi alicuius generis: quia cum facultas sit
qualitas, & Relatio diuersum entis genus, pos-
sunt misceri non debent genera illa, quæ prima
diuersa esse dicuntur. Sed est ordo transcendentis
qualis est accidentium omnium ad suam substantiam
entium plurimorum, quæ relata secundum
dici vocantur, nec tamen in relatorum categoriam
ponuntur, sed per genera diuersa vagantur.
Si enim scientia, quæ ordinem quandam ad obiectum
significat, habitus est primæ operationis
cuius qualitas; quid si facultas quoque in materia
eiusdem generis specie, quamuis ordinem
ad suas operationes & obiectum continet? No-
mirum qualitas est absoluta in anima; sed operatio
propter operationem est comparata, vt obiectum
ac promptam reddat animam ad operationem
circa hoc aut illud obiectum; ad hæc
item relationem ad operationem circa obiectum,
per eamque ab alijs omnibus accidentibus
distinguitur. Et verò etiam vna facultas ad obiectum
alia; vt ad alias atque alias operationes circa alia
atque alia obiecta faciem singulæ animæ reddat.